

አምላክ

subst. ; est formâ pl., (vid. Dillmann 1857 § 131,2) sine dubio a singulari deperdito መልክ : [coll. hebr. מַלְאֲכִים et arab. الْمَلَائِكَةُ et الْمَلَكُ, quae et ipsa de Deo usurpantur] derivatum est, et *dominos*, *dominatores* significat: deinde in notionem *divini numinis* (sive in pluribus Deis sive in unico Deo contineri putetur) abiit, denique apud Abyssinos ad Christianam religionem conversos (pariter atque ለአምላክ apud Hebraeos) singularis significationem accepit. 1) *Deus*, ὁ θεός. Est generale Dei veri nomen (sicut ٱللَّهُ, ʾĪḥwāyās, ለአምላክ): speciale ejus nomen, unâ cum monotheismo ad Abyssinis acceptum, est እግዚአብሔር : (ἰσχυρὸς, ὁ Κύριος); quae duo nomina saepius componuntur እግዚአብሔር : አምላክ : ut Gen. 6,13; Gen. 6,22; Gen. 7,5 al. Et statum constructum et accusativum admittit, sicut alia nomina appellativa: አምላክኪ : Ruth 1,16; አምላካ : ለሕይወትዮ : Sir. 23,4; አምላክ : ዓለም : Hen. 1,3; አምላክ : ሰማይ : 2 Esr. 11,4; Ex. 3,6; {DiL.0152} Ex. 7,1; c. አ : Vocativi conjunctum nonnumquam: አምላኮ : Num. 16,22; Num. 27,16. Is, cujus vel cui Deus Deus est, praepositione ለ : introduci potest, ut አምላክ : ለኩሉ : ዘሥጋ : Jer. 39,27; at multo frequentius ope status constructi vel Genitivi. Pronomina suffixa huic nomini vel tamquam plurali vel tamquam singulari affigere licet ut አምላኪዮ : et አምላክዮ : *Deus meus* (Dillmann 1857 § 155,3,b): illud tamen annotare juvat, quod si Accusativo አምላክ : pronomina secundae personae suffiguntur pro አምላኪክ : al. saepius አምላክክ : al. occurrit, ut Lev. 25,36; Lev. 25,38; Lev. 26,12; እኩውነክሙ : አምላክክሙ : Jer. 7,23; Jer. 11,4 (v. አምላክክሙ :). 2) *deus* quilibet ethnicorum, (deus fictus et commenticius), *idolum* : Ex. 20,4; Ex. 20,23; Deut. 5,8; Ps. 80,8 al. Hunc significatum si habet, pluralem አማልክት : admittit: Gen. 31,19 seq.; Ex. 20,3; Lev. 19,4. Neque tamen θεοί solum አማልክት : vertitur, ut Ruth 1,15; Jes. 19,3; Jes. 36,18; Jes. 41,23; Jer. 2,28; Jer. 5,7; Jer. 16,20

al., sed etiam εἰδωλα, ut: Gen. 31,19; Sir. 30,19; 1 Joh. 5,21; Act. 15,20 al., et χειροποίητα Jes. 16,12. Saepius occurrunt phrases: አማልክትነ : ነኪር : *dii alieni vel peregrini* Gen. 35,2; Jer. 1,16; Jer. 5,19; Kuf. 1; ባዕድ : አማልክት : Deut. 11,28; Jer. 39,29 vel አማልክተ : ባዕድ : Jer. 51,8; Deut. 13,7; Jos. 24,14; et አማልክተ : ግብት : *dii temere inventi* 2 Par. 23,17; 2 Par. 24,18 (vid. ግብት :). Nonnumquam pl. አማልክት : reperitur, ubi Graecus singularem praebet, ut Jes. 44,17. – Ab አምላክ : derivantur verba

TraCES en

^ʼ*amlāk*, Pl. አማልክት : ^ʼ*amāləkt* ^ʼ*amlāk* part of n. pr. (personal name) vid. e.g. አምላክ : ጽናሕ :

Grébaut

አምላክ : ^ʼ*amlāk*, Pl. አማልክት : ^ʼ*amāləkt* «Dieu» — አምላክ : Ms. {DiLBNFabb217}, fol. 33v. Grébaut 1952, 76

Leslau

አምላክ : ^ʼ*amlāk* Lord, God አማልክት : ^ʼ*amāləkt* (Pl. of አምላክ ^ʼ*amlāk*) idols, false gods Leslau 1987, 344a

Cross-references

a) for ለባሲ : አምላክ : vid. ለባሲ : (Grébaut) b) for ለባሲዮነ : አምላክ : vid. ለባሲ : (Grébaut) c) for አምልኮ : አማልክት vid. አምልኮ :

Bibliography

Revisions

- Magdalena Krzyżanowska added *Gr and Les* on 30.10.2023
- Magdalena Krzyżanowska added) on 30.10.2023
- Magdalena Krzyżanowska added *cross ref* on 30.10.2023
- Magdalena Krzyżanowska added *cross ref* on 29.11.2022
- Magdalena Krzyżanowska *correction* on 29.11.2022
- Vitagrazia Pisani *TraCES: revision* on 23.3.2018
- Vitagrazia Pisani *New meaning (TraCES) added.* on 31.1.2018
- Andreas Ellwardt *last updated txt file and doc file of Lexicon* on 19.4.2017
- Pietro Maria Liuzzo *exported from lexicon to XML* on 16.1.2017
- Pietro Maria Liuzzo *updated lexicon XML file adding nested senses* on 16.1.2017
- Andreas Ellwardt *updated txt file and doc file of Lexicon* on 22.11.2016